



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. || Lv dovici || De Ponte Vallis-|| Oletani, È Societate ||  
Jesv Theologi.|| De || Christiani hominis || Perfectione In  
Qvo-|| libet eius Vitæ genere.|| Tomi Qvatvor.||**

Quorum argumenta ex S. Rvth Historia præcipué desumpta

**Puente, Luis de la**

**Coloniæ Agrippinæ, 1626**

§. 1. Tres radices & causa non perseuerandi in Religione

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45802](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-45802)

Et vniuersim; qui ad culmen vitæ contemplatiuæ conscenderunt, aut in  
 peribus actiuæ sese exercent: sint constantes in inceptis; nec ob respectum  
 alquem, aut prætextum humanum retrò aspiciant. Cum igitur reliqui  
 qui mundum deseruerunt, iam habitent in tectò, & loco sublimi i cœle  
 ac domus Dei, hoc est, Religionis: ne descendant ad aream seu ingressum  
 domus, redeunt ad vilitatem statu sæcularis: in quo sunt impedimenta  
 & strepitus rerum temporalium: quas, vt Deo seruirent, reliquerunt.  
 Cumque egressi iam sint ex terra sua, & ex domo Patrum suorum; labo  
 rentque in agro factæ Religionis; in quo Evangelicæ perfectionis thesa  
 rus latet: non reuertantur amplius in domum suam, nec tunicam in diu  
 vitæ sæcularis, quam semel exuerunt: sed constantes perseuerent, ma  
 dum cum seruore fugientes, donec voti sui compotes fiant. Meminisse  
 vxoris Loth, dicit Christus, cui Deus illud contulit beneficium, vt ex  
 domo & eorum periculis eam eriperet; quæ, dum fugeret, substiter, &  
 respexit retro: propter quem in sua fuga languorem, conuersa est in  
 tuam salis, in perpetuam omnium hominum cautelam & exemplum.  
 Nam, vt Sanctus Augustinus perpendit: vbi respexit, ibi remansit; & per  
 tuò manebit; vt ignorantes & inconstantes instar salis saliat; monentur  
 cautos fieri ex alieno malo, ne similis pena veniat super ipsos, & ipsi  
 que lapides fiant cautelæ pro alijs. In hodiernum diem, ait Rupertus,  
 cunque, sicut canis, redit ad vomitum, conuertitur in statuam salis. Nam  
 perniciosus sit sibi: alijs tamen est utilis: qui aspicientes in eius infelici  
 finem, cauti euadunt; & sese continent, similem timentes punitionem.

Lib. 19. de  
 Ciuit. c. 30.  
 & lib. 24.  
 99. Euang. c.  
 45. Tom. 4.  
 & in Psal.  
 83.  
 Lib. 6. in  
 Genes. c. 11.

§. 1. *Tres radices & cause non perseuerandi in  
 Religione.*

**S**ED, cum Saluator noster iubeat nos in exemplum inconstantis  
 tis aspicere: producamus in lucem causas eius inconstantie, in quibus  
 licebit sex præcipuas radices ad vitium depictas obseruare: ex quibus  
 na & lapsus multorum proueniunt, qui à sua uocatione deficiunt, cum  
 tyronibus, quam ex Antiquis. *Prima* radix & causa esse solet imbecillitas  
 exigua in prima sua resolutione firmitas: eò quòd exitus ex mundo  
 fuerit cum firma & virili resolutione, illum in perpetuum relinque  
 neque cum plena Dei uocatione propter fines scilicet, & motiua perse  
 sed propter impetus aliquos, aut respectus humanos; non satis profunde  
 mature considerantes, quid agerent. Quales sunt, qui ingrediuntur Reli  
 gionem ex aliquo nature impetu; aut quòd aliqui socij eam ingredia  
 tur. Cum enim hic respectus & motiuum breui euanescat, ita & volun

que illi innitebatur, facile mutatur. Eum in modum, quo Orpha exiit  
ex Moab, quod videret sociam suam Ruth exeuntem. Sed breui defatigata,  
sequi eam cessauit. Et forte vxor Loth ex Sodomis, non tam ob timorem,  
ne cum suis concubibus igne absumeretur; quam quod videret, virum  
suum, quem comitari decebat, exire. Sed, cum non ita sponte & lubens exi-  
it, non potuit gressus eius, qui valde erant celeres, sequi: ideoque substitit  
respicens retrò versùs Sodomam, vnde exiuerat. Vt plurimum enim, qui  
ob huiusmodi humanas causas, & motiua ex mundo exeunt, cum non possint  
celerem seruentium suorum comitum, qui ex diuinis motiuis exierunt,  
pressum assequi: tandem defatigantur, illosque deserentes, respiciunt re-  
tro, quæ reliquerant, & quæ illis arident, suspirant, vt ad ea redeant.  
Quo obrem maximi ea momenti vt initio fiat resolutio cum magna fir-  
mitate innitendo promissis, aut comminationibus diuinis: quæ huius-  
modi mutationes non ferunt.

Hinc secunda oritur inconstantia radix in ijs, qui vera Dei vocatione  
mundum fugiunt: sed adducunt secum aliqua vitia, & mores improbos,  
quibus infecti erant, non detestantes eos ex toto corde; sed etiam in re-  
bus leuioribus aditum eis præbentes: & sic sensim inclinant, vt ad eos re-  
deant. Si enim cum feruore mundum fugissent; consilium illud sequi de-  
berent, quod Christus Dominus noster suis proposuit Apostolis, dicens:  
*Quicquid non receperit vos, exeuntes de ea domo seu ciuitate excutite puluerem*  
*de pedibus vestris, quasi dixerit: ita ab eis recedite, & fugite, vt nihil, quod*  
*vestrorum sit, vobiscum accipiatis; ne quidem puluerem, qui vestris pedibus*  
*calceabit. Et, qui ex Sodomis exit cum feruore sicut Loth, debet eius pul-  
ueres excutere ex pedibus suis, exuendo quodcumque vitium, & inordi-  
nationem mundi, quantumuis minimam: ne occasionem habeat in grauiora*  
*labendi; seseque maculandi vitijs mundanorum. Lutum Sodomæ*  
*peccata graua, de quibus dicit Ezechiel: hæc fuit iniquitas Sodomæ: su-  
perbia, saturitas panis, & abundantia, & otium, & quod manum regens. & pauperes*  
*non perregebant: ex quo in horrendas obscenitates est lapsa. Puluis autem*  
*mundi Sodomæ sunt peccata leuia, & quasi affinia horum vitiorum in*  
*mundis peccis proprijs Religiosorum, quales sunt aliqua superbia, aut honoris*  
*ambitio in rebus spiritualibus; saturitas aliqua, gulositas, aut in rebus su-  
perfluis proprietas; aut aliquis modus otij, aut charitatis defectus erga*  
*proximos fratres. Ex his pulueribus lutum illud provenit; & ex consuetudine*  
*in rebus paruis oriuntur, aut vix seunt potius magna, quæ tanquam mor-  
tuae facebant: cum tamen mortuæ non essent. Nam in ipso exitu ex mun-  
do illas portauit in corde; sed tectas tamen, & quasi laruatas. Eum in mo-  
do quo Rachel, fugiens ex domo Patris sui Laban, & furata est idola pa-*

2.  
Non fuge-  
re vitia  
secunda  
radix de-  
fectibilis.

Mat. 10. 14

Ezech. 16  
9

Rachel fu-  
gens su-  
stulit  
idola a Pa-  
tris.  
Gen 31. 19.  
S. Chryost.

Tom. 3.

Yy

1711

Rupertus  
Gennadius,  
et alij apud  
Lipoma in  
Catena.

Versu 34.

Lib. 3. mo  
c. 16.

3.

trio sui, secumque abstulit. Nam vt graues Doctores asserunt, ad illa  
affecta, & propensa: volebatque ea occulte in via adorare: Ita aliqui  
dum fugientes, vt Religionem ingrediantur, accipiunt secum in cogi-  
tentia quaedam idola vitiorum, in quibus fuerunt enutriti: nam mutatio  
rum morti ipsi æquiparatur. Quare occulte illa adorant, thus aliquos  
offerentes, & interdum facientes aliquid, quo illa fouent & conseruant.  
propterea nec in spiritu proficiunt, neque in statu illo perseverabunt, nisi  
omnino exuant. Nam quemadmodum Laban persecutus est Iacob, qui  
rens idola sua, & nisi Rachel ea occultasset subter stramenta cameli, & fugerit  
de super, periculum imminere vixit: eod quod esset lata sententia, vt  
quemcumque Deos suos Laban inuenisset, necaretur. Ita etiam demon & multi  
sequuntur fugientem & alportantem maledicta huiusmodi idola: quæ  
penitentia, vt ait S. Gregorius, ea abscondat, calcando tanquam rem  
temptibilem: periculum est, ne mundus captiuum eum, & morti culpam  
iectum reducat. Domus enim DEI non potest talia idola ferre. Quare  
corde seruans; breui cum Orpha redit ad locum, vbi ea conueniunt  
rare.

H v t e inconstantia radici affinis est *tertia*, nimij amoris & affectus  
parentes & bona temporalia, quæ in sæculo reliquerunt. Hæc vsorem  
prostrauit, & ipsius Loth constantiam probauit: nam Sodomis habebat  
amicos, & notos; domos & agros, multosque greges. Quoniam igitur  
lier vehementi harum rerum affectu, quasi vincula tenebatur, grauitate  
bat eas deserere; & cum audiret strepitum ignis e caelo super Sodomam  
scendentis, contempto diuino præcepto, respexit cum ingenti suo dolo  
quasi cupiens si licuisset res suas contra diuinæ iustitiæ decretum, tu-  
eripere. Quæ iustitia diuina eam statim in statuam lapideam conuertit,  
niens eius tenerum affectum perpetua lapidis duritie. Quo facto mo-  
voluit Religiosos, vt exeuntes ex mundo, relinquunt omnino inordinatos  
ad parentes & cognatos, & ad res omnes, quas habent, affectum: magis  
eum feraore mortificantes. Alioquin nec celeriter fugere, nec securum  
tenere & firmitatem vnquam habere poterunt. O stulti: (ait Sanctus  
nardus) si fugitis mundum ob periculum petendi in eo, & res omnes  
quas habebatis, in eo relinquitis. cur ergo vobiscum, catenas & compedes  
portatis quibus vincetos vos tenet? Sed faciamus, eos esse aureos: melius  
men est sine illis fugere, ac saluari: quam eorum causa damnari. Compedes  
sunt affectus ad personas, & res quæ in mundo remanent. Constringite  
stos compedes; mortificate inordinatos affectus; obliuiscimini omnia  
quæ in Sodomis habebatis; ne affectu aliquo terreno ad ea respiciatis, &  
dolore afficiamini, eod quod reliqueritis. Nisi enim id faciatis: eod

Serm in  
id Beatus  
homo qui  
inuenit  
cap.

22  
22

uenietis, vt veritate & spiritu Religionis amissis, maneat; vt sanctus Basilus ait, tanquam figura & statua eius. Et quidem erit statua falsis: vnde illi cautiore sibi autem erit tanquam terra proditorum d in qua sal dispergebatur: vt semper maneret sterilis & inutilis. Contendite iustum Loth imitari: qui etsi grauiter ferebat è Sodomis discedere: quam primum tamen exiit, oblitus est terram, quas in ea reliquerat: nec plaris eas fecit, quoniam si ad ipsum non spectassent: & ita exactè Dei præceptum seruaret; vt nec respiceret illas quidem.

Nec vacat mysterio, quodd cum Loth esset in Sodomis, etsi eorum peccata videbat, & cum illis verlabatur, dicit tamen de eo Sanctus Petrus: quod e aspectu & auditu iustus esset: habitans apud eos, qui de die in diem animam iustam iniquis operibus cruciabant, & nihilominus, cum Dominus eum inde eduxit, prohibuit respicere post se: vt significaret, quod protectio diuina subueniat iustis in casibus coactis: cum scilicet non possunt se exculare ab agendo cum improbis; sed cum ab impia illa societate eos eripit, vult eos omnino eius obliuisci: nam tunc vel ipse aspectus tribueretur vanae, aut sensualitati, aut curiositati: & periculo se exponerent, aliquem effectum ad malum concipiendi; quando absque causa libenter illud aspiciunt.

§. 2. *Alie radices occultiores.*

**A**LIE sunt radices siue causa magis occultæ non perseverandi in vita religiosa. Quæ deprehenduntur ex causis, quas Deus habuit, vt præceptum hoc Loth imponeret. Nam si humanis oculis illud intueremur, possemus dicere: potius futurum fuisse expediens, vt Loth totaque eius familia supplicium illud Sodomorum intueretur, cum illud esset iustissimum; & vt Sanctus Petrus ait; in exemplum positum eorum, qui impiè iacturi essent, æterni scilicet supplicij, quo impij, in inferno erant afficiendi. Nam quemadmodum terreni iudices, cum furem aliquem suspendunt, aut hæreticum comburunt, libenter vident, plurimum populam conuenire, ad supplicium illud aspiciendum; vt in alieno capite exemplum accipiant; & culpam fugiant, ne pœnam subeant ad eod gratiam: ita videtur potuisse Deo Domino nostro placere, vt Loth & eius familia horrendum illud incendium aspicerent, vt maiorem conciperent horrorem de peccato, & igne æterno, quo illud punitur. Sed diuina Sapiencia profundiora alia habet consilia in gubernatione hominum, in quos beneficia confert singularia. Vult enim simul eos tentare & probare (vt capite quinto est dictum) imponens eis aliquod præceptum, in cuius obseruatione manifestare possint proprii iudicij re-

De Const  
Monast. c. 21  
diudic. 9. 45

e 2. Pet. 2. 8

Genes. 19. 17

Judices in  
iudicio de  
confusa  
populi  
gaudent